

capitulum XII

- (1) Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, *incredibili lenitate* (a), ita ut oculis in utram partem iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac _____ (=naviculis levibus) iunctis transibant.
- (1a): ablativus _____.
- (2) Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios _____ (=trans id flumen duxisse), quartam vero partem _____ (*ultra*) flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem pervenit quae _____ (*numquam/nondum/iam/necdum*) flumen transierat.
- (3) Eos _____ (<=> *expeditos*; < *impedio*) et _____ (= *non expec-tantes*; < *opinor*) adgressus magnam partem eorum concidit; reliqui sese fugae manadarunt atque in proximas silvas _____ (=occultaverunt; < *do*).
- (4) Is pagus appellabatur Tigurinus; nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. Hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum *memoria* (a) L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat.
- (4a): ablativus _____.
- (5) Ita sive casu sive consilio deorum immortalium quae pars civitatis Helvetiae _____ (= *magnam et notam*; < *signum*) calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenam persolvit. Qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas iniurias _____ (*ulciscor, pf. ind. pass.*), quod eius socii L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant.